



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 17. De oratione seu collecta ante Epistolam, & alia post communionem  
legi solita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)



## CAPVT XVII.

DE ORATIONE SVV COL  
*lecta ante Epistolam, & alia  
post communionem legi  
solita.*

**S**acerdos in oratione, tum  
suo, tum totius populi & v  
niuersæ Ecclesiæ nomine,  
varia à Deo pro temporum  
diuersitate, & pro necessitatibus  
occurrentiū exigentia, dona &  
beneficia petit. Interdum com  
missorum petit veniam, alias  
pacem & animæ corporisque  
salutem, nonnunquam fidei,  
spei & caritatis augmentum, ac  
liquādo etiam sanctorum imi  
tatio-



THESAVRVS MISSAE. 161  
tationem. Est hoc sanæ magnæ  
consolationi nobis, nescienti-  
bus quid petere debeamus, cum  
ipsa pro nobis postulet Eccle-  
sia: quæ quoniam in spiritu  
sponsi sui petit, certissima haud  
dubiè petet, nec in petendo  
errabit; nam, vt Apostolus lo-  
quitur Rom. 8. *Quid oremus, si-  
cut oportet nescimus, ipse autem  
spiritus in Ecclesia eius cõmorãs, po-  
stulat pro nobis gemitibus in enar-  
rabilibus.* Ergo interim dum le-  
gitur oratio, quicumque latinè  
nouit, & eam audit, cum Eccle-  
sia Dominum roget, quodcũ-  
que illa rogat; qui autem mini-  
mè intelligit, nõ propterea cõ-  
tristetur, sed ad sacerdotẽ se re-  
ferat,

O 3

ferat,



ferat, qui omnium nomine petit. Vnde hîc idē continget illi quod homini rudi & profus ignaro litem habenti, cuius vnicūq; felicē exitū & successum obtineat, postulātū aliquod ab eo coram iudice oratione aut scripto faciendum est: hâc illi caudicus & patronus pronuntiat & adornat, qui tametsi nihil harum intelligat, non quomodo res peragatur, eius tamen nomine fit. Ingentem hîc consolationem affert, quòd hic Dominus minimè dicturus sit nobis, Matth. 20. *Nescitis quid petitis: nouit quippe probè Ecclesia, quidquid ipsa petit, ad gloriã Domini id, & filiorū suorū animarū salutem spectare.*